afletu incipit uiuere. Ridere nondum nouit. quare plorare iam no
uit. Coepit ire in stauita. sed si de illis captiuis est. hic plet et ge
mit. Sed ueniet gaudium. Sequitur enim.

Qui seminant in lacrimis in gaudio metent.

Instauita quae plena est lacrimis seminemus. quid seminamus
opera bona. opera misericordiae. semina nostra. De quibus semi
nibus ait apostolus. Bonum autem facientes non deficiamus. Tem
pore enim proprio metemus infatigabiles. Itaque dum tempus
habemus operemur bonum ad omnes. maxime ad domesticos fidei.
Loquens itaque de ipsis ac leprosis. quid ait. Hoc autem qui
parce seminat parce et metet. Ergo qui multum seminat mul
tum metet. qui parce seminat parce metet. qui nihil seminat ni
hil metet. Quare desideratis latos fundos ubi multa semina semi
netis. Latior uobis non est ubi seminetis quam xpus qui in se uoluit se
minari. Terra uestra ecclesia est. Seminate quantum potestis.
Sed parum habes unde facias. habes uoluntatem. Quomodo nihil
esset quod habes si non adesset bona uoluntas. Sic et qui non
habes noli esse tristis. si est tibi bona uoluntas. Quid enim semi
nas misericordiam. et quid metes pacem. Numquid autem
dixerunt angeli. Pax in terra diuitibus hominibus. Sed pax in terra
hominibus bonae uoluntatis. In uidua magna uoluntas. In zac
cheo caritas magna. Suscepit dnm hospitio. gaudens suscepit
et dimidium patrimonii sui pauperibus promisit sed aturum
et cui aliquid abstulerat quadruplum redditurum. Ut intelle
gas propterea sibi eum tenuisse dimidium. non ut haberet quod

Copyright © Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.vatlib.it/view/MSS_Vat.lat.5757/0181
powered by AMLAD · NTT DATA